

FUNERALIA FLORENTIA.

In Exequijs

Serenissimæ Dominæ, Dominæ

A N N Æ,
Magnorum Hetruriæ Ducum
D E M E D I C E S
F I L I Æ,

C A R O L I F E R D I N A N D I

Archiducis Austriæ Oenipontani Conjunctæ,

Et

Augustissimæ defunctæ Romano-
rum Imperatricis

C L A U D I Æ
M A T R I S P I E N T I S S I M Æ.

EIDEM AUGUSTISSIMÆ FILIÆ SUÆ, AD
Capellam Cæsaream SS. Patriarchæ Dominici in
Ecclesia PP. Prædicatorum confectæ.

Edita

AB HISDEM PATRIBUS AUGUSTISSIMÆ FILIÆ ET
Serenissimæ MATRI devotissime parentibus.

VIENNAE AUSTRIÆ, Typis Leopoldi Voigt, Universitatis Typographi.



(*) I. (*)

Nondum oblivio,
Quæ tristia nuper mortalibus
Mors demonstrârat,
Atro satis sepulchro texit;
Cum eccè
Lessus denuò canitur,
Nescio,
Eheu nescio!
Quo gravi atque duro tenore,
Quo alto atquè fatali silentio,
Quo profundissimo funeralium basso,
Quo denique
Defloratæ Florentiæ,
Tyrolis orbatæ
Imo
Imperialis etiam curiæ
Matrem tandem post Filiam deplorantis
Discantû,
Seu,
Quod idem est
Næniarum concentû.
Tuos
Deflorata Florentia
Defle flores:
Et quæ
Illi plorabas casum tenelli floris,

2

Quem radix ex te assumpta

Tyroli peperit,

Induxit Austriz,

Et

Romano evexit Imperio,

Etiamnum plora

Marcescentem sub terra radicem,

Suo,

Quem antemiserat

Flori nunc consepultam.

Ubi

Fatere vera vatis vaticinia

De conditione mortalium.

P.S. 36.

Tanquam fanum velociter arescent,

Et quemadmodum olera Herbarum

Citò decident.

Quamvis etenim

Miseriarum

Sit studium perlongum

Vita nostra,

Fluxos tamén arbitrare mundi honores:

Quia

Momento cuncta pratevereunt,

Et sapè honor saculi abiit

Antequam venerit.

Veruntamen

Ambros.
in e. 4. Lar.

Venere

3.

Venere quidem saceruli honores

ANNAE florenti

Quippe quod

Magnis nata Ducibus

Serenissimis sublimata thoris,

Felici fæcundata progenie,

Spectabatur orbi

Florum Filia

Florumque Mater.

Sed quoniam

Totus splendor generis humani,

Honores,

Potestates,

Divitiae,

Mina,

Tumores,

Flos fani est,

Arvère omnia in ANNA

Generis humani,

Cujus omnis caro fænum,

Quantum spectabili,

Tantum plorabili

FLORE.

Sunt sanè

Mortales Universi flores,

Atque adeo iij,

A 3

Qui

Aug. in Psal. 102:

4.

Qui siderum soliditatem atque decorem,
Æmulantur, non assequuntur:

Tales imo,
 Qui ab eodem semine infecti
 â quo nati;
 Ab eadem lympha suffocati,
 â qua refocillati;
 Ab eodem sole lassati
 â quo recreati,
 Ab eadem nube concussi
 â quâ elevati
 Ab eadem manu succisi
 â qua educati

In eodem demum lectulo occidui
 Unde partu fueramus dati.

Proh quam
Fallax est gratia
Et vana est pulchritudo?

Proh quam
 Inconstans mortaliu[m] vita!
Nec gratius quidquam decore
Nec brevius.

Et

Humanæ vita varietas
Momentanea temporum varietate concluditur,
Ut elati quique

Diu-

Sæton.
c. 18.

Pet. Dam.
opus. 16. c. 9

5.

Diutius de suā prosperitate non gaudeant;

Et inglorij sibi portentum

Sua dejectionis incommodum

Festinanter evadant.

Igitur

Ut marcescere flori necessarium

Sic statutum est hominibus semel mori.

Habebit ANNA florens

Hereditatem incontaminatam & im-

marcescibilem

Cùm ceperit per funera vitam :

Namque

Floremus cœlo,

Cùm effluerimus mundo :

Et quidem

Pulchra Amaranthi corona

*Clem. 41.
l. 2. c. 8.*

Illi reposita est,

Qui recte se gesserit;

Ast vero

Hunc florem terra ferre non potest;

Cœlum solummodo

Eum ferre potest.

Ubi aptum valebit

Lemma.

Nunquam languescimus.

Cæterum

AN-

6: (2)

ANNA

Progenie & virtute Florentina

Dum terris viveret,

Monstrasse visa est insignia

Æternitatis,

Perpetuique floris:

Ut

Sex in sphæris

Interminabilia fæcula,

Insertisque in lilijs

Honores immarcescibiles

Intellexisses:

De his verò sic augurare

Quod in rotundo

Vita & fortuna labuntur,

In quadro verò

Virtus atque fama

Consistentiam quærunt.

Unde

Postquam Regalia sòlia

Sceptra Cæsarea,

Et

Imperialia poma

Deseruisset Filia

Antequam accepisset,

Ipsa hoc infortunio temporali

Peren-

7.

Perenniter felix,
Noluit
ANNA Mater
Labili diutius insistere sphæra;
Sed
Constantis sese assecuratura durationis
Pari insidere sepulchro,
Imo
Eodem cum Filia tegi quadro
cupivit,
Ut,
Dum utraque vitam duxere sublimem,
Utraquè
Requiem sortiantur parem.
Præter ossa autem
Et sui memoriam
Post se nihil
Reliquit posteritati.
Floris isthæc est conditio,
Quod suæ etiam vitæ radice avulsus,
Imo non amplius visus
Odore supersit.
Dic etiamnum brevem Horati Rosam,
Suo tamen illa tempore floret;
Et floruit
ANNA,
Donec multorum annorum

B

Ma.

8. Maturo virtutum succo
Et potenti famæ optimæ fragrantia
Cum tempore florem sepelijt.

Suis illa

Donec floruit

Non caruit spinis,

Quippe, quod noverat,
Mortalium vitæ commune:

Cujus

Nulla dies

Merore caret, sed nova fletus

Causa ministrat.

Verbo,

Trice & spina

Hac omnis vita.

Et fallimur

Si quarimus in eâ

Gaudiorum flores.

Virtutum tamen & meritorum

Ipsos inter persecutionum aculeos

Sibi cumulum fecit,

Id jugiter pervasum habens;

Tolera tribulationes,

Inter ipsas enim,

Virtutes,

Quemadmodum inter spinas rosa, nascuntur

Ei germinant,

Seneca
Franck..
Act. 1.

Juſt. Lips.
Centur. 2.
Ep. 67.

S. Nilas.
Praean.
n. 29.

At

(*) 9. (*)

Atq; Inde

Lætare Florentia,

Talem te dedisse Mundo

Mulierem fortem,

Rosæ

Decore virtutum

Et aculeis persecutionum

Non imparem,

Nunc equidem marcescentem,

Sed olim reflorituram:

Quæque

Ridebit in die novissimo,

Quia

Fertitudo & decor indumentum ejus.

Byssino ibi

Et purpurâ vestita erit,

Propterea

Quòd operuerit nudos

Relevarit oppressos,

Manumque suam extenderit ad pauperém,

Se florum à Florentia sumpsisse indolem

Demonstrans,

Qui

Quem rorem cælo capiunt

In sui alimentum,

In communicabilem pluribus decoquunt

Suavitatem,

Largum imò diffluunt in odorem.

Sic

Apprehendens fusum liberalitatis

Teneris ab unguibus

Adusque ætatem seram.

Operata est lanam & linum;

Unde indigenæ,

Quos illi parum fuisse

Amasse ut proximos,

Nisi colere ut domesticos

Licuisse,

Vestiti sunt duplicitibus,

Intextaque

In vestimentis eorundem

A N N Ā

Lilia,

Nec Salomon in omni gloria sua

Sicut unum ex his

Possedit.

Et si

Sub his trinis insigniorum Sphaeris

Fructus intellexeris atq; poma,

Erunt utique

Insignia à mortalium protoparente

Tracta,

Unde extincta gaudia,

Expressæ miseræ,

In

¶) II. (¶)

In quibus

Vita decubuit,

Et mors invaluit.

Sive fructus putaveris

In pauperum levamen.

Proh ominis infortunati!

Dolet ANNA

Quia pauperum atq; Religiosorum

MATER

Cum esse semper & vocari gavisa sit,

Tandem desierit,

Illud ingemens:

Dies mei pertransierunt

Job. 9.

Quasi naves poma portantes.

Universus id penè testabitur Oenipontus,

Sumpto ex nomine omne,

Pastum se gratiâ,

ANNÆ.

Nunc ultra inhemiscit.

At postquam nec te, nec vela fugacia vidi, ovis

Et quod spectarem, nil nisi pontus erat;

Scilicet

Oenum sentiebat beneficiorum & gratiarum

ANNÆ

Jam pene exarvisse:

Ad quam dein reclamat,

Lux quoq; tecum abiit, senebrisq; exanguis obortis

B 3

Suc-

Succiduo dicor procubuisse genu.
 Quippe corruit
 Miserorum asylum,
 Virginum refugium,
 Viduarum solamen,
 Amicorum desiderium,
 Proximorum delitium,
 Religiosorum ærarium,
 Hettruriæ ducum filia Ducissa,
 Archiducis Austricæ conjunx dilecta,
 Romanæ Imperatricis Mater Serenissima,

ANNA

Dum viveret, omne,
 Mortua vero,
 Suo adhuc nomine gratiofa.

Igitur
 Si flores etiam visi sunt oblectamento,
 Vidimus Lilia in ANNÆ sphæra,
 Quibus
 Florum candidior nullus.

Et quoniam

*Greg. in
cant. sup.
v. sicut liliū*
 Sola illa anima
 In Liliū dignitate computatur
Quippe à mortalitatis radice
Ad cælestem pulchritudinem assurgit,
Et munditia candorem corde
Et corpore sibi ipsi custodit,

Et

*Et proximos quosque
Bona opinionis odore reficit.
Jam benè conveniunt
Insignia virtutibus ANNÆ,
Quæ Verbo & opere
Sanctorum
Sive jactaret fortuna,
Sive aliorum deprimere tentaret ambitio,
Seu demum
Corporis
Individui hostis,
Aut dæmonis
Leonis rugientis
Pateretur minas,
Cultrix perpetua,
Oratrix devotissima,
Comprimis verò
Stellæ mirificæ
Dominici,
Linguæ cælestis
Antonij,
Et Indiarum Taumaturgi
Xaverij
Invocatrix singularissima.
Adeo quidem
Ut amplis hos muneribus
Dum viueret,*

14.

Illum vero
Dum etiam fatis jura daret,
Corpo donârit suo.
Quod utique sit
à mortalitatis radice
Ad calestem pulchritudinem
Assurrexisse:
Imo Numini jam sese unijisse
Cum fidâ mente diceret
L'anima mia à Iddio
Corpo la terra-
Hinc
Jugis ejus
Sacramentorum
Quibus unimur Deo,
Susceptio.
Hinc

Affidua flagrantissimarum precum
Ejaculatio.

*Eius precos
jaculatorios*
Obone f̄ ESU custodi me,
Intra vulnera tua absconde me.

Hinc demum
Repetita sine fine
In DEI sancta resolutio:
Fiat voluntas tua.
Florem scilicet sic imitata
Tulipanum

Eius primus.

Inqui-

15.

Inquiens

Languesco sōle cadente:

Nullum sine DEO confessā solatium.

Ast per amanter fassa,

Scio,

Qui a mihi male est,

Prater te,

Non solum extra me,

Sed in me ipso.

*August.
24. conf.*

Prælente tamen Numine

Pressuram sustulit, imò cupivit omnem

Quippe

Melleum illum continebat animo

Succum:

Tolle cruciatus,

Tulisti beatitudinem.

Sic etenim:

Fortem facit vis amoris,

Quia nil durum, nil amarum,

Nil grave nil lethale computat

Verus amor.

*Ambros.
lib. 4. in.
Luc.*

*Petrus
Chrys.
serm. 40.*

Atq; ita Sub honoribus pariter & pressuris

Vixit DEO devixit mundo

ANNA

Hunc sibi è tumulo

Panegyricum funebrem

C

Pero-

16.

Perorans.

Jaceo tandem
Longævus Florentiæ flos,
Mortis optimè patiens,

Siquidem

Ovid. 2.
de art. *Nec semper Viola, nec semper Lilia florent,
Et riget amissâ spina relicta rosa.*

Ex Florentiâ Hetruria

Flos prodigi,

Magnorum Ducum radice

Ad magna nata,

Nomen mihi ANNA

Seu

Gratia fuit,

Qualiscumq; illa

Cælis semper debita.

Vitam

Quam 21. Julij

A progenitoribus hausí

Anno 1616.

Undecima Septembbris,

Anno 1676.

Transacto flore & decore

Consumavi.

Sexagesimum ætate transcendi,

Et de mortali vita

Præ-

Præter animæ decora
 Nihil thesaurizavi.
 Marcescunt jam *Lilia*
 Natalium insigniorum;
 Et uno jam pondere
Sphærae deciderunt
 In centrum suum.
 De Ducali prosapia,
 Archiducali thalamo,
 Quæ germinavi ut flos,
 Jam non nisi os.
 Sic in me
 Florentia deflorata
 Orbata Tyrolis;
 Postquam
 Inter Duces pullulavi Hetruriæ,
 Inter Archiduces germinavi Tyroli,
 In Austria
 Venit Auster, & perflavit
 Hortum meum.
 Atquè illico
 Cum vitâ florem extinxit.
 Flores
 Quos ad longiores radices
 Ut Mater foveram,
 Duo erant.
 Contabuit in Tyroli

18.
MARIA MAGDALENA

Ætatis anno 12.

Devixit in Austriâ

CLAUDIA FELIX,
Romanorum Augustissima

Imperatrix

Enata annos 23,

Quam

Quia Dominicano partam sideri,
Eodem habitu terræ transmisi:

Nec alteri

Funere cohabitare volens,

Quam ei,

Cui vitam tuli,

Filiæ dilectissimæ

CLAUDIÆ FELICI.

Sic uno sub sidere

Mater

Et Filia

FELIX.

Ex hoc monumento

In quo florentiæ decumbunt reliquiæ

Utriusque

Lectulus erit floridus.

FINIS.